



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apologia Libri De Reditibvs Ecclesiasticis

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1574

Pivs Episcopvs Servvs Servorvm Dei, Ad Perpetvam Rei Memoriam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40048

Monet in ei

VONIAM subsequens S. D. N. PII PAPÆ V. Bulla, nondum erat typis excusa, quando excudebatur monitum LXXXIX. Questionis primæ non fuit in eo tenor eius insertus. At quia sub finem excussione hu- ius Apologiæ fuit excusa, & illius cognitio atque lectio plurimum est utiles & necessaria beneficiariis, ac pensionariis: ideo hic eam duximus subiiciendam.

P I V S E P I S C O P V S S E R V V S S E R V O -
R V M D E I , A D P E R P E T V A M R E I
M E M O R I A M .

EX proximo Lateranensi Concilio pia & salubris sanctio emanauit, ut quicunque habens beneficium ecclesiasticum, cum cura, & fine cura; si post sex menses, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo cessante impedimentoo, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata, omissionis officij & temporis, suos non faciat, sed eos tamquam iniuste perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum pleemosynas erogare teneatur. Veruntamen multorum amissione suspensione tenentur, cuiusmodi ratio prædicta ratio sit habenda. Nos huic re euidentius atque expressius prouidere volentes: Statuimus, ut qui horas canticos Canonicas vno vel pluribus diebus intermisserit, omnes beneficij seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderit, si quotidie diuidenter: qui verò matutinum tantum, dimidiā: qui ceteras canticas horas, aliam dimidiā: qui ha- rum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat: tamen si aliquis choro addictus non recitans canticis horis Canonicis, cum aliis praesens ad- sit, fructusque & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia iuxta sta- tutu, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrificisse prætendant: Is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem: Item, ille qui primis sex men- fibus officium non dixerit, nisi legitimū impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declafantes prælitionia, prælitioniales portiones, & qualia cumque alia beneficia, etiam nullum omnino servitium ha- bentia, obrinente, cum prædictis pariter contineri. At quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas ut clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium, patrum Beatae Mariae Virginis decernimus obligatum; & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & de- creti infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ- sumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apo- stolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ, Apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice, Millesimo quingentesimo septuagesimo pri- mo, Duodecimo Kalend. Octobris. Pontificatus nostri anno Sexto.

P R O P V G N A -